



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio quadragesimasecunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

*sup.d. 18.
q. p. 2.*
directio intentionis per fidem. Cuius ratio est, quia si fides requiriatur ad omne opus bonum, impossibile esset quod infidelis disponeret se ad fidem: & ita infidelitas nulli impunaretur ad culpam consequens est falsum, ergo & antecedens Probatio consequentiae, quia nullus disponit se ad dei donum recipiendum per aliquem actum culpabilem. Sed si fides requiriatur ad omnem bonum actum defectus fidei esset defectus circumstantiae debitus, qui reddit actuum actu malum. Et ita ita non habente fidem omnis actus esset malus, ergo per nullum actu posset infidelis disponere se ad credendum, quod est malum in coenientium. Restat ergo dicendum, quod directio intentionis per fidem non requiritur ad omnem bonitatem, sed solum ad meritiorum viris aeternas, unde non omnes actus infideli sunt mali, sed multi sunt boni ex genere & circumstantiis, licet nullus sit meritiorum vita aeterna. Ex hoc patet confirmatio eius quod supra dictum est distinctio quadragefima questione, scilicet quod ad bonitatem moralem non requiritur ordinatio actu in finem ultimum, etiam in habentibus gratiam & fidem, quia defectus culpabilis nullum excusat ab illo ad quod tenetur. Si ergo habens gratiam & fidem teneretur omnes actus suos ordinare in finem ultimum, infidelitas & quodcumque peccatum quoniam sicut defectus culpabilis non excusat quin infidelis & peccator ad idem tenerentur, non tenetur autem infidelis, ut probatum est, ergo nec alii.

9 A D Primum argumentum dicendum quod intentio recta de ultimo fine non requiritur ad omnem bonitatem actus, sed solum ad meritiorum: ad moralem autem bonitatem sufficit intentio recta de proximo fine, & hoc est in aliquibus actibus infideli, licet non prius: propter quod actus eorum possunt esse boni, licet non meritiorum.

10 De Christo autem dicendum quod fides intentionem dirigit, non ratione enigmatis, quod non fuit in Christo, sed ratione cognitionis, quam facit de ultimo fine. Cognitio autem ultimi finis perfectius fuit in Christo, quam per fidem.

11 Argumentum autem in oppositum probat, quod in viatoribus sola fides dirigit ad ultimum finem, quod est necessarium ad actionem meritiorum, non autem ad actionem bonum moraliter.

Q V E S T I O N E C V N D A.

Vtrum omne peccatum sit voluntarium.

D Einde queritur, vtrum omne peccatum sit voluntarium. Et videtur quod non, quia illud quod per ignorantiam vel necessitatem geritur, non est voluntarium, quia voluntas sequitur cognitionem, & excludit necessitatem, sed quodam peccata sunt per ignorantiam, ut dictum fuit supra, dist. 22. q. 4. quodam per necessitatem, ut dicit Aug. libro Retract. Sunt, inquit, quodam necessitate facta improbanda ergo talia (licet peccata) sunt necessaria.

2 IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. & est in litera, quod peccatum adeo est voluntarium, quod si non fuerit voluntarium, non erit peccatum.

3 R E S P O N S I O. Aliquid potest dici voluntarium dupliciter, uno modo, quia est in potestate voluntatis, & hoc modo oportet omne peccatum esse voluntarii, quia de his que non sunt in potestate nostra nec laudamus, nec vituperamus. Pro peccato autem vituperamus, sicut pro actu virtutis laudamus, loquimur enim de peccato in mortibus, ergo omne peccatum est in potestate nostra, nihil autem est in potestate nostra, vi loquimur nunc, nisi ratione voluntatis, que est libera, ergo &c. Alio modo potest dici aliquid voluntarium, non solum quia est in potestate voluntatis, sed quia est in voluntate subiecti. Et sic dicendum est quod actus ille qui primo & denominatione intrinseca competit ratio peccati, est in voluntate subiecti, quia talis actus est ipsam electio voluntatis. Alii autem actibus a voluntate imperantibus non competit ratio peccati, nisi secundario & denominatione extrinseca, sicut declarabatur in sequente distinctione.

4 Ad argumentum in oppositum dicendum quod nullum peccatum sit per ignorantiam, nisi sit talis ignorantia, que non excludat penitus voluntarium, qualis est illa que est eorum quae homo potest & tenetur scire. Quod autem

Aug. quodam improbanda fieri per necessitatem, vocat necessitatem ineuitabilitatem peccatorum veritatem, quo ad omnia simul, quodlibet enim eorum est voluntarium & ineuitabile, sed omnia simul non sunt ineuitabilita, quia dum ratio ineuitabilis ad reprisenendum unum motum elicitum, alias motus subito insurgit. Hec autem necessitas non tollit voluntarium respectu cuiuscunq; peccati venialis in speciali, quo modo iudicandu est de actionibus bonis & malis, ideo peccatum nullum potest esse, nisi sit voluntarium. Infante autem quidam de peccato originali, quod videtur necessarium, sed de illo dictum fuit supra, distinctione trigesima.

Sententia huius distinctionis, XLII.

in generali & speciali.

C Vm autem voluntas mala. Superius determinauit Magister de peccato secundum se. Hic determinat de peccato per comparationem ad suas differentias. Et diuiditur in partes tres. Primo ostendit ex quibus habeat integrari peccatum. Secundo prosequitur differentias peccati. Tertio determinat specialiter de quadam peccato. Secunda ibi, In omni autem peccato. Tertia ibi, In principio quadragefima tertiae distinctionis, ibi. Est praterea quoddam genus peccati. Duas primas partes sunt principalis lectionis. Quarum prima diuiditur in partes duas, secundum duas questiones quas mouet circa peccati integratorem. Secunda ibi, Praterea queri solet. Prima diuiditur in duas. Primo mouet dubitationem. Secundo ponit questionis solutionem. Secunda ibi, Quidam diuidunt unum esse peccatum. Haec secunda in tres secundum tres obiectiones quibus una opinio inuenitur contra aliam. Secunda ibi, Sed adhuc. Tertia ibi, Item & adhuc. Secundum principali in qua prosequitur differentias peccatorum diuiditur in quatuor. Primo diuidit peccatum in communem. Secundo diuidit peccata capitalia. Tertio illa diuidit ad unam originem peccatorum. Quarto mouet circa haec quodam obiectiōnem, & solvit. Secunda ibi, praterea secundum est. Tertia ibi, Ex superbia tamen originetur mala. Quarta ibi, Huic autem videtur obuiare. Haec est sententia & diuisio lectionis, &c.

2 IN Speciali sic procedit. Et proponit primo, vtrum voluntas mala & actus malus sint duo peccata, an unum. Et ponit primo opinionem dicendum quod sit unum peccatum. Postea probat quod sunt duo sicut opponendo, voluntas & actus sunt duo diversa. Sed constat quod vtrumque peccatum est, ergo sunt diversa peccata. Et respondet Magister quod non sunt diversa peccata, quia illa duo una conceptum peccati faciunt. Item opponit, si voluntas & actus non sunt diversa peccata, ergo pro alio non debet plus puniri ille qui voluntas & actus peccat quod ille qui voluntare solum. Et respondet Magister quod talis punitur pro pluribus, quia ex pluribus factus est peccator non quod illa plura faciunt diversa peccata. Item tertio opponit per hoc quod in diversis mandatis prohibetur voluntas & actus, ergo sunt diversa peccata. Et respondet quod licet sint duo mandata charitatis, una tamen charitas praecipitur in diversis mandatis, sicut voluntas & actus diversis mandatis prohibentur que faciunt unum peccatum. Postea querit vtrum transiente actu interiori & exteriori maneat peccatum in homine. Et responderet quod peccatum non maneat actu, manet tamen reatu. Et vocat reatum obligationem ad peccatum aeternam & temporalem. Mortale enim ad peccatum aeternam obligat, veniale autem ad temporalem. unde ponit distinctionem peccati in mortale & veniale. Et quid virung. Postea diuidit peccatum quadrupliciter. Primo enim diuidit quantum ad radices, dicens quod quodam peccata proueniunt ex cupiditate male inflammata, quodam vero ex timore male humiliante quod est quando quis cupit non cupienda, vel timet non timenda. Secundo diuidit ipsum quantum ad actuum quo peccata omnia committuntur, sicut cogitatione, ore, & opere. Tertio diuidit ipsum quantum ad obiecta dicens quod homo dicitur peccare vel in fe, vel in Deum vel in proximum. Quarto diuidit ipsum quantum ad noiam, quia vel est in mali perpetratione & sic dicitur peccatum, vel in boni derelictione & sic dicitur delictum. Postea enumerat septem peccata mortalia,

qua

Magistri Durandi de

qua cætera oriuntur ex his. Et dicuntur peccata leprosa per sepræ g̃etes, vel populos de terra promissionis electos signata sunt. Potest autem quodex superbia oīa peccata alia oriuntur. Et ponit quatuor species superbia secundum genus quarti prima talis est cum homo bonum quod habet credit se habere ex se. Secunda cum credit habere a deo, tamen proper merita sua. Tertia cum iactat se habere q̃ nō habet. Quarta est cum appetit singulariter habere q̃ nō habet. Ultimum opponit coram predicta sic. Cum enim cupiditas secundum Apostolum sit radix om̃i peccatorum, ergo est radix superbia. Et respondet q̃ vtrumq; verū est quantum ad genera singularium peccatorum. Nullum enim est peccatum quod non interduum ex superbia & cupiditate possit oriri, & ideo vtrumq; eorum dicitur radix, illa erit duo sicut habent ad intuicē quod vnum ex altero oritur posse. Et in hoc terminatur sententia &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum actus interior & exterior sint duo peccata.

Thes. 1. 2. q. 30. art. 1.

CIRCA A distinctione istam queritur de tribus principaliiter. Primum est de comparatione actus interioris ad exteriorē. Secundum est de radicibus peccatorum. Tertium est de divisione peccatorum, & comparatione eorum inter se. Circa primum queruntur tria. Primum est vnum actus interior & exterior sint duo peccata. Secundum est vnum actus interior & exterior in bonis sint duo merita. Tertium est vnum transiente actu peccati remaneat reatus penit. Ad primum sic procedit. Et arguitur quod actus interior & exterior sunt duo peccata non vnum tantum, quia illa sunt plura peccata que continent pluribus preceptis, sed actus interior & exterior opponuntur pluribus preceptis, ergo sunt plura peccata. Minor probatur quia duo peccata sunt per quorum vnu prohibetur actus exterior, videlicet Furtum non facies, & per alterum interior actus, ut est illud Non concupisces rem proximi tui.

2. Itē nihil punitur iuste nisi peccatum, sed Deus punit actum interiorē etiā si sit sine exteriorē, secundum illud euangelicum qui viderit mulierē ad concupiscendā eam iam marchatus est eam in corde suo. Mundus autem punit actum exteriorē & nō interiorē nisi sit cum exteriorē, ergo actus interior & exterior sunt duo peccata.

3. IN CONTRARIVM arguitur, quia illa sunt vnum peccatum quae opponuntur vni precepto, sed actus interior & exterior sunt huiusmodi, ergo &c. Minor probatur, quia homicidium & perjurium quātum ad actum interiorē & exteriorē vnicō precepto prohibetur & non pluribus.

4. Item pena responderet culpa, sed pro actu malo interior & exteriorē non imponitur nisi vna penitentia, ergo non est ibi nisi vna culpa.

4. RESPONSI. Circa questionem istam videenda sunt duo. Primum est q̃ principaliter queritur videlicet vnu actus interior & exterior sibi coniunctus sunt vnu peccatum vel plura. Secundū est supposito q̃ nō sint plura peccata, vnu sicut actus interior & exterior sit maius, vel intensius peccatum quam solus actus interior.

5. Quantum ad primum dicendum est quod actus interior & exterior non sunt duo peccata, sed vnum tantum. Ad cuius declarationem sciendum est q̃ peccatum nō dicit actum directe, sed dicit defectum actus, vel actum defectuosum peccati, ita quod formalis ratio peccati est defectus, vel deformitas, propter quod statim apparet quod eū in uno actu possint simul esse plures defectus vel plures deformitates diversæ & separatae q̃ in tali actu sunt plura peccata, vt cuī aliquis cognoscit non suam in loco lacro, quia vna deformitas est, qua cognoscit nō suam ratione cuius peccat peccato luxurie. Alia est irreuerberia sacri loci ratione cuius peccat peccato sacrilegi, vel si quo alio modo censetur econtrario, si in duobus actibus possit esse vna numero deformitas, in eis poterit esse vnu peccatum numero. Videndum est ergo an hoc sit possibile. Et secundū quod duo distincta subiecta nō possunt denominari ab eodem accidere numero positivo vel priuatiō de nominatione intrinseca, quod vtrungq;, possunt ratiōne denominatione extrinseca quod vtrungq; vel quoad alte-

Sancto Porciano

rum, voco autem denominationem intrinsecam quae est per inheritance. Extrinsicā vero quae nō est per inheritance, vel per aliquid quo iaciat vnu supposito, cum eo de quo dicitur. Verbi gratia, Aer denominatur calidus, & animal sanum, denominatione intrinseca, quia per aliquid sibi formaliter inherēs. Et isto modo impossibile est q̃ in pluribus & distinctis subiectis sit vnum accidens numero, sed etiā dicitur calidus, & medicina sana denominatione extrinseca, sed enim nō dicitur calidus per calorē existētem subiectum in ipso, sed quia potest causare calorē in alto. Et idem est de medicina respectu sanitatis, & isto modo plura etiā supposito distincta possunt denominari ab uno & eodem secundum numerū, dicitur enim aer calidus & sol calidus ab eodem calore in numero qui est in aëre subiectuē, & a sole effectuē. Similiter animal, medicina, dieta, verna dicuntur sana ab eadē sanitatis secundum numerū que est in animali subiectuē, quā medicina facit, dieta cōficiat, verna signat, & isto modo actus interior & exterior sunt boni vel mali moraliter eadē bonitate vel malitia secundum numerū, que est in actu interiore subiectuē, in exteriorē autem obiectuē solum & extrinseca.

7. Quod patet dupliciter. Primo, quia nulli actui cōuenient bonitas vel malitia moralis nisi voluntario ut voluntarius est, dicente Aug. quod peccatum adeo est voluntarium p̃ si nō fuerit voluntarium nō erit peccatum. Sed actui interiori competit esse voluntarium subiectum, vel intrinseca, velle enim in voluntate est, actui autē exteriori non competit esse voluntarium nisi obiectum. Actus enim exterior est obiectum actus interioris voluntatis, & in hoc solo ut voluntarius: ergo bonitas & malitia moralis cōveniunt actui interiori subiectuē. Actui autē exteriori nō nisi obiectuē & extrinseca. Talia autem possunt denominari ab eodem secundum numerū vel vniuersum est, quare &c. Confirmatur autē hoc, quia posito solo actu voluntatis habetur vera ratio culpa, positis autē actibus exterioribus sine actu voluntatis nihil est culpabile, ut dicitur fuit ut pra dist. 33. q. 3. quod nō esset si actus exterior haberet aliquā bonitatem aut malitiam in se, & subiectuē. Illa enim si esset, posset aliquo modo manere in ipso circumscripto omnino. Patet ergo primus articulus questionis, scilicet q̃ actus exterior nihil bonitatis vel malitiae addit super actum interiorē quod numerū.

8. Restat ergo de secundo inquirēndā, scilicet an actus exterior addat aliquid bonitatis vel malitiae super actum interiorē non quod numerū, sed quod intensionē, ita, q̃ actus interior cum exteriorē sit maius peccatum vnu sicut exteriorē. Et dicendum secundum q̃ voluntate in interiorē esse cū opere exteriorē, vel fine potest cōtingere dupliciter.

Vno modo, quia altera est perfecta & coiuncta voluntas, & ideo potest in opus. Alia veò est imperfecta & nō cōiuncta, & ideo ad eam nō sequitur opus, impossibile est enim quin ad voluntatem consummatam & perfectam sequatur opus, nisi de possibiliter operandi. Alio modo potest contingere hoc quando virūq; voluntas est aquæ perfecta in duobus, sed vnu habet facultatem operari, aliud autem nō habet, sicut in disjuncte est voluntas & facultas dandi elemōniam, in parte autem est aquæ voluntas, sed nulla facultas. Primo modo certū est quod voluntas cum opere, tam in bonis quam in malis est melior, vel peior q̃ voluntas sine opere, quia voluntas quanto & perfectior rāto est melior in bonis, & peior in malis. Sed in primo casu voluntas cū opere est perfectior q̃ voluntas sine opere, ergo &c. Dico tamen q̃ ista bonitatem vel malitiam non addit opus exteriorē, sed potius ad eā sequitur, voluntas enim perfecta secundū se melior est in bonis, & peior in malis, voluntate imperfecta, etiam si ad perfectam voluntatem non sequeretur operatio propter aliquid impediens.

9. In secundo autē casu quādō voluntate existente quae perfecta vnu operatur, aliud autē nō, foliū quia nō habet possibiliter operari. Dicendum q̃ aquæ bona vel mala est voluntas sine opere sicut voluntas & opus simul. Quod patet, quia tota bonitas, vel malitia moralis est subiectuē in actu interiorē, in opere autē exteriorē est solum obiectuē, ut declaratū est in a. artic. quādō voluntas autē supponit

ut hic & ibi æquè perfecta, ergo est hic & ibi aequalis bonitas & malitia per se loquendo. Per accidens enim contingit voluntatem cum opere fieri mechoreum, vel peiorum dupliciter, scilicet per extensionem & intensiōnem, per extensionem ut quim aliquis propter impossibilitatem operandi definit velle quod prius volebat, alias autē habens facultatē operandi perleuerat in eodē velle, velle istius melius est in bonis, & peius in malis quam velle alterius quia diuinius. Per intentionē autē quia quidam actus sunt delectabiles qui nati sunt intendere voluntate sicut in fornicatione. Et in talibus cum voluntas sit intensior cu actū sine actu, voluntas autē quanto est intensior raro est melior in bonis, & peior in malis, ideo in talibus contingit voluntate cum actu fieri meliore vel peior, dico autē qu contingit, quia contrario sunt quidam actus penales qui nati sunt remittere voluntate, ut sunt actus fortitudinis qui sunt circa mortem & pericula inferentia mortis, & in talibus voluntas sine actu melior est in bonis, & peior in malis quam cum actu eo quod plurimum intensior est ante actum quam in actu: sed si est fieri possibile quod voluntas esset æquè intensa ante actum & cum actu & econverso aequalis bonitas esset virobius. Et idem dico de malitia.

10 A D Premium argumentum dicendum q̄ actus interior & exterior ipsi coniunctus non prohibent diueris preceptis, sed vnioco, vt est illud Non occides, vel Non morcherabis, quia nunquam prohibetur factum exterius, nisi querens procedit a voluntate interiori, sed actus interior prouincens in exteriori, & actus interior nō protrumpens in exteriorē propter aliquod impedimentum bene prohibetur diuersis preceptis, & ideo sunt plura pecunia propter pluralitatem actuum interiorum, & nō propter pluralitatem actus exterioris cum interiori.

ii. Ad secundum dicendum q̄ nec Deus nec mundus punit iuste actum extortorem si sit sine intiore. Sed de ipsi qui noni corda bene punit in interiorum actum sine extiore, sed mundus qui corda non nonit nō punit actum interiorum nisi quantum prouincit in actum extiorē. Et ex hoc non sequitur quod accus intenor & exterior ipsi coniunctus sint duo peccata.

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrum actus interior & exterior in bonis
sint duo merita.

Secundo queritur, utrum accus interior & exterior in bonis sint duo merita. Et arguitur sic, quia premis respondet merito, sed voluntati bonae sine exteriore operae debetur primum essentiali, voluntati autem cum operae debetur primum non solum essentiali, sed accidentale, sicut pater de aureola qua debetur martyribus pro opera & non pro sola voluntate, ergo aliquid meriti addit opus exterius ad meritu interioris voluntatis.

² Item frustra sit per duo quod potest fieri per unum
et quae bene. Sed si aequaliter meritis est in actu interiore sic
est in actu exteriore & interiore simul, tunc quicquid meriti est
in duobus totis est in uno, haberi ergo bona voluntate
actus exterior superfluit, quod non videatur cōueniens.

, IN CONTRARIUM arguitur, quia beatus Bern. dicit quod bona voluntas sufficit ad meritum & bona actio requiritur ad exemplum. Et Chrys. dicit super Matth. quod voluntas est quae remuneratur pro bono, aut condonatur pro malo, opera autem sunt testimonium voluntatis, ex quibus videtur et totum meritum confitari in actu voluntatis, & nullo modo in actu exteriori.

*Thol. i. 2. cum actus (upposito q̄ sit aequa p̄fecta) ramen non est
q̄zmeritoria, vel demeritoria. Ad quod videndum est
sciendū quod ex eo solo q̄ aliquis est bonus in se non me-
retur apud alij mercede quancunq; nisi forte laude, vir-
tuti enim debetur laus et dicitur. i. Ethi. Sed ex hoc mere-
tur vel demeretur aliquis apud alij, quia est ei vilius vel
nocivus. Cuius ratio est, quia reddere p̄sum pro merito
et actus iustificat cōmunitati, vt declarari sura diffi-
cile. q. 2. iustitia autē cōmunitatiā est mutua trāslatio,
qui enim ex iustitia cōmunitatiā alteri aliquid reddit, il-
lud reddit pro eo quod ab altero accepit, & sic sit cōmuni-
tatio, per illud ergo per quod aliquis non ordinatur*

Quæstio II.

ad alterum, ita ut aliquid eius redundet in ipsum non mereatur, nec demeretur apud ipsum. sed per hoc quod aliquis est bonus in se per voluntatem interiorum non ordinatur ad alterum, sed solum per opus exterius per quod efficitur ei utilitas, vel nocius, & per quod aliquid sui traheret in alterum, ergo sola bona voluntas exclusa facultate operari sufficit homini ad bonitatem, sed per ea sola non meretur apud aliud aliquam mercedem, sed requiritur opus exterius. Itē nequod enim opus sufficit, sicut si homo sit debitor operis exhibito quidē opus bene facit, & laudandus est tanquam iustus, sed non meretur viteriorē mercedem sicut qui reddit mutuum tempore quo debet bene facit, sed nunquid meretur aliquā mercede apud eū qui gratis ei murū tradidit certe tamen, quia nihil suū in eū traheret siue traheretur, sed quod ab eo accepatur redditus. & sic quantū est de merito hominis ad hominem inter quos est proprietatis meritis, & iusti, solum actus interior non est meritorius de condigno.

⁵ Ex quo appetit quod cum homo sit quoad Deum debitor rectitudinis feruenda in voluntate & in exteriori ope- re, & multo amplius si homo possit esse debitor homini ratione cuiuscumque accepti ab eo, quod homo non potest apud Deum aliquid mereri de condigno loquendo proprié de merito cogniti quod innuitur. L'ue. 17. vbi dicitur. Cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus, ut sit sensus sicut & est, serui inutiles sumus, quia quantumcumque bene seruamus Deo nihil nostrum ei damus, sed sumus ipsi debitus ei reddimus, nec plene, sed adhuc potest cuilibet dicens illud ad Philemonem tuispium ministrare debet, & ideo nihil possumus apud ipsum mereri cogniti, sicut dictum fuit supra dist. 27. q. 2. sed quia Deus ex liberalitate sua bona opera tam interiora & exteriora remunerat, cōgruum est ut amplius remuneretur voluntas cum opere a fine.

et, ut amplus remuneratur voluntas cum opere, & fine.
Cuius ratio est, quia sicut est in merito cogniti hominis ad hominem, sic est in merito cogniti hominis ad Deum, sed in merito cogniti hominis ad hominem, sic est & per illud meretur quis apud alium, per quod transferat aliquid sui in ipsum quod natum est cedere in aliquam utilitatem eius in qua transfrut, ergo proportionabiliter per illud meretur quis apud Deum de cognito per quod transferat aliquid sui in deum quod natum est cedere aliquo modo in bonum diuinum, illud autem est exterior opus voluntarium & non voluntas sine opere (vt clare patet in praedicatione & martyrio) in his enim homo aliquid quod est suum, sicut non a te, sed a Deo transfrut in Deum, quod etiam cedit in bonis diuinis non quod natum Deum in seipso qui bonorum nostrorum non indiger, sed secundum illam interpretationem, quia dicitur q[uod] defensio causa aliquis cedit in bonum illius cuius est causa, sic enim fides Christi defenditur per praedicationem verbo, & per martyrium factum quod non eret sola voluntate, ergo per voluntatem cum opere meretur quis apud Deum (saltet de cognito) quod non meretur sola voluntate bona autem voluntas remuneratur a Deo primum essentialis, quod cum sit excellentissimum, & sola bona voluntas vniuersum parum obligat alterum, patet q[uod] hic est multum de liberalitate ex parte dei, minimum autem de merito etiam cogniti ex parte hominis opus aut exterior quod natum est magis obligare alterum remuneratur primum accidentaliter quod est minus essentialis, propter quod hic est minus de liberalitate ex parte dei in collatione premissi essentialis, & plus de merito congrui ex parte hominis. Et rationabile est quod primum accidentaliter plus possit credere sub merito & essentiali, quod oculus non videt, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quia quanto aliquid est excellentiis tanto difficulter est mereri ipsum, patet ergo q[uod] voluntas sine actu licet sit acutae nota vel bona sicut & actu, tamen non est a quo monitoria. Et proportionabiliter id intelligendi est in malis. Per hoc patet ad questionem, quia in bonis actus interior & exterior sibi coniunctus non sunt duo merita, sed unum tantum quod consistit in actu interiori, sicut in causa, & in exteriori formaliter, sicut excoartatio bonitas moralis consistit in actu interiori formaliter & in exteriori obiectu, ut declaratus fuit in precedente questione, meritis enim addit super bonitatem actus debitus seu vim obligandi alterum ad reddendum primum pro merito quod fit per actum exteriorum & non per interiorum nisi

Magistri Durandi de

caualiter, paret etiam quod homo non potest apud deum sibi mereri de condigno propriè sicut meretur unus homo apud alium. & maximè remuneratio qua remuneratur a Deo sola bona voluntas hominis sine acta exteriori efficit de congruo ex gratia dei ordinazione & minimum videtur habere de merito condigni, & in merito quod est hominis ad hominem per solum actum interiorum nullus meretur aliquid de condigno.

6 A.D. Primum argumentum dicendum quod actus interior & exterior sibi coniunctus remunerantur unica remuneratio, sicut sunt vnu ineritum quod constitutus causa interior, & radicaliter in actu interiori & formaliter in actu exteriori. Actus autem interior sine exteriori remuneratur, a deo magis ex suo benefacito quam ex aliquo merito de condigno.

7 Secundum argumentum bene probat quod in solo actu interiori non constitutus totum meritum, alias superflueret actus exterior, immo totum meritum formaliter constitutus in actu exteriori licer dependent radicaliter & caualiter ab actu interiori, cum autem solus actus interior remuneratur a deo magis ex benignitate quam ex merito actus. Quod autem dicit beatus Bernardus quod bona voluntas sufficit ad meritum, intelligendum est de merito premi essentia, & de benignitate dei magis quam ex condigno interioris actus, bona autem actio requiritur non solum ad exemplum, sed etiam ad meritum accidentale. Quod autem dicit Chrysostomus quod sola bona voluntas &c. pro tanto dicit, quia ipsa est radix & causa meritorum respectu cuiuscunq; operis.

QVÆSTIO. TERTIA.

Vtrum transeunte actu peccati remaneat reatus pena.

TERTIO queritur vtrum transeunte actu peccati remaneat reatus pena. Et videtur quod non, quia remota causa removetur effectus, sed actus peccati est causa reatus, ergo transeunte actu non remanet reatus. Si dicatur quod reatus causatur a peccato vel ab actu peccati ut præteritus est, contra actus postquam præmerit non potest non esse præteritus, si ergo reatus causatur actu ut præteritus, non posset non manere reatus quod falso est.

2 IN CONTRARIUM est, quia sicut se habet actus virtutis ad primum, sic actus peccati ad penam, sed transeunte actu virtutis remanet meritum glorie, ergo transeunte actu peccati remanet reatus pena.

3 RESPONSI O. Peccatum transire potest intelligi duplicitate. Uno modo per solum actus cessationem. Alio modo per peccati diminutionem. Primo modo transeunte actu peccati per solum cessationem remanet reatus. Cuius ratio est, quia defectus iustitiae inter duas personas semper causat debitum in altera ut de ipsa vel per ipsam suppletetur, sicut apparet in commutationibus voluntariis, qui enim emit, & premium non reddidit debitor est quoque reddidit. Et id est in voluntariis, qui enim per vim tem alterius accipit debitor est eius, & tenetur de re ablatâ & iniuria, quia duplex defectus iustitiae est ex parte raptoris. Et vniuersaliter ex defectu iustitiae consurgit obligatio ut suppletatur per eum, vel de eo qui iustitia non cōplevit aut lexit, sed omnis peccans ledit iustitiam inter se & Deum, & in quantum transgreditur legem dei cui ex iustitia tenetur obediens, ergo debitor est eius per quod iustitia inter ipsum & Deum reintegretur, hoc autem est pena, ergo peccator transeunte actu peccati remanet debitor pena. Et in hoc constitutus reatus, quod autem per penam reintegretur iustitia apparet, cum enim iustitia in equalitate cōsistat iustum est ut peccator qui voluntarii suu plus indulxit & debuit contra mandatum Dei agendo, paratur contra illud quod vellit spontaneus vel iniurias, quia sic redit aequalitas per hoc quod aliquid auferitur ei qui nimis habuit, & aliquid additur ei qui minus habuit.

4 Alio modo dicitur peccatum transire non solum per actus cessationem, sed per peccati remissionem, & sic dico quod si peccatum est totaliter remissum, nullus reatus omnino remanet. Cuius ratio est clara ex his quae dicta sunt supra dist. 21. q. 1. ar. 1. vbi probatum fuit quod peccatum remitti non est aliud quod ipsum non imputari ad penam, cui ergo pecca-

Sancto Porciano

tum est totaliter remissum illi peccatum non imputatur ad debitum cuiuscunq; penæ, sed reatus non est aliud quod debitur penæ, ergo cuius peccatum est totaliter remissum in eo non remanet aliquis reatus. Verum est quod quandoque peccatum remittitur quoad debitum penæ aeternæ, & fit commutatio in penâ temporalem, sed tunc peccatum non est totaliter remissum, quia adhuc imputatur ad penâ aliquam & remanet aliquis reatus, dicitur tamen simpliciter remissum licet non totaliter, quia omnis pena temporalis est post secundum quid per comparationem ad aeternam.

5 Ad argumentum in oppositum dicendum quod peccatum est causa reatus non ratione actus dum sit, nec ratione eiusdem iniquitatis preterit, sed quia inducit defectum iustitiae quo manente remanet reatus, & quo sublatu per reintegrationem iustitiae auferuntur reatus.

6 Ad argumentum in oppositum licet verum concludat, assumit tamen pro simili quod non est omnino simile, scilicet quod per actum virtutis sit in nobis debita gloria ex iustitia sicut pro peccato debetur nobis pena, quod non est verum, nos enim ex iustitia tenemur Deo obediens & contra eam possumus facere, propter quod non nisi pati ponam, sed Deus nobis non obligatur ex aliqua iustitia quantu[m]cunque bene faciamus. Et ideo si quid reddit nobis, gratia est non debitum.

QVÆSTIO. QVARTA.

Vtrum radices peccatorum bene assignentur in litera Magistri.

Thom. 1.2. q. 84.

Secundo principaliter queritur, vtrum radices peccatorum bene assignentur in litera. Et videtur quod non, quia illud ex quo aliquid nascitur potest dici radix eius, sed timor nascitur ex amore, ergo amor est radix timoris, non ergo timor dicitur radix peccandi contra amorem.

2 Ad idem est quod dicit Augustinus de ciuii dei, quod sicut amor dei facit ciuitatem dei, sic nimis amor sui facit ciuitatem Babylonis, ergo solus amor male inflans est radix omnium peccatorum.

3 Item ad Tim. v. 10. dicitur quod radix omnium malorum est cupiditas, & idem dicitur Eccl. 10. de superbia, & initium omnium peccati est superbia, & sic videtur esse circulatio, quia superbia erit ex cupiditate & econtrario.

4 Item multa peccata sunt quae non habent originem ex predictis sicut illa quae sunt per ignorariam, ergo insufficienter enumerantur radices peccatorum.

5 IN CONTRARIUM est, Magister in litera.

RESPONSI O. Radix invenitur propriè in plantis propriè dicta est illud ex quo planta consurgit, sicut enim haeret, & conualescit, similiter in peccatis illud ex quo peccatum germinat, vel consurgit, sicut enim habet, & conualescit, dicitur radix peccati, peccati autem consurgit vel oriatur quandoque quidem ex alio peccato, vt dictum fuit supra dist. 30. q. 1. Quandoque autem ex aliquo quod non est peccatum, sed est pronastra ad peccandum quod potest esse, vel inveniatur, sicut ex corruptione peccati originalis inest nobis pronastra ad mala, vel potest esse acquisita, sicut ex habitu virtutis causato ex actibus inest nobis pronastra ad operas deinceps illum habitum, sed quia habitus causatur ex actu, ideo origo peccati ex inclinatione habitus reducitur ad originem peccati ex peccato proper, & dimittitur & soli dicatur de aliis duobus. Et primo cum peccatum oritur ex aliquo quod non est peccatum, sed pronastra ad peccandum non quecumque, sed innata ex corruptione naturæ per peccatum originale.

7 De quo dicitur sic communiter quod radices peccandi sunt cupiditas & superbia, nisi quod distinguitur de virtutibus, verum quod enim potest accipi tripliciter. Vno enim modo dicitur cupiditas inordinatus appetitus diuitiarum, & superbia inordinatus appetitus propriè excellentiæ, & sic quodlibet eorum est speciale peccatum. Secundo modo dicitur cupiditas inordinatus appetitus cuiuscunq; que boni communabiles, & similiter superbia dicitur contemptus legis, quod huc effectum qui est non obediens legit. & hoc modo cupiditas & superbia sunt aliqd cōmune ad

omne

In 4. d. 15.
ques. 5.

omne peccatum, nam in omni peccato est inordinata cōuersus ad bonum cōmutabile, & ideo cupiditas est deuia-
tio à lege diuina, & ideo superbia. Tertio modo dicitur
cupiditas quādā proritas natura corrupta ad bona cor-
poralia inordinata appetenda, & similiter dicitur prorita-
tas ad contemptū legis dei, & hoc modo cupiditas dicitur
radix om̄is peccatorum, quia ex inordinata inclinacione
vel proritate ad bona cōmutabilia omne peccatum pro-
cedit. Superbia vero dicitur initium peccatorū & non ra-
dis, quia se teneat ex parte auerisōnis à deo cuius legi ho-
mo subdi recusat, ideo initium dici potest, sed non radix,
quia radicis est influere positiū, ex parte autē auerisōnis
nullus est in influxu ex qua parte attenditur superbia isto
tertio modo accepta. Hac autē licet sint vera, tamen non
sunt secundum intentionem Apostoli dicentes ad Timo. φ
radix om̄is malorum est cupiditas, nec secundum intentionem sapientis in Ecclesiastico φ initium omnis peccati
est superbia. Apostolus autē manifeste loquitur de cupidi-
tate secundum φ est appetitus inordinatus diuitiarum.
Quod patet ex his que p̄mittit, qui (inquit) volunt di-
uines fieri incident in laqueum & in tentationē diaboli.
Similiter sapientis qui dicitur Eccle. 10. φ initium omnis pecca-
ti est superbia, manifeste loquitur de superbia prout est
inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, ut patet per
illud quod subdit, fides. Duxum superborum defruxit
Deus, & quedam familiā. Et de hac materia loquitur per
magnam partem capituli.

8 Et ideo superbia & cupiditas quae sunt specialia pec-
catu sunt etiā radices aliorum peccatorū, vel initia eorum
secundū intentionē scripture in locis p̄adīctis, quod au-
tem dictum est de cupiditate & superbia prout sunt proprie-
tates natura corrupte & inordinata ad concupiscendū,
ad corruptibilias, & ad cōtempnitū legis diuinā adiuuen-
ti aliquorū fuit, quae quānus sit vera, nō est tamē secun-
dum mentē scripture sicut dictum est, & ideo alii dicunt
φ cupiditas & superbia prout specialia peccata sunt radicēs & initia aliorum peccatorū, quod declarant sic. In acti-
bus voluntariis cuiusmodi sunt peccata duplex ordo in-
venitur, scilicet intentionis & executionis, in ordine in-
tentionis, finis habet rationē principi ex quo totus pro-
cessus deriuatur, sed in ordine executionis illud habet ra-
tionē principi quod p̄abet facultatē peruenienti ad
omne intentum. In ordine ergo intentionis superbia est
initium, vel radix om̄iū vitiorum, sed in ordine execu-
tionis principi & radix est cupiditas, quod probatur pri-
mo de superbia sic, ex illo oritur oia vitia quantū ad
ordinē intentionis quod est finis propter quē appetuntur
omnia que inordinata appetuntur, sed superbia est huius
modi, finis enim omnibus cōmutabilibus bonis appeten-
dis est ut homo eis vtatur propter se, vnde & nos sumus
quodammodo finis omnium que veniunt in vnum nosfr̄i.
Propter quod si amor hominis ad seipsum est inordinatus
ex ipso oritur omnis inordinatus appetitus bonorū
communitatiū. superbia autē est inordinatus amor p̄o-
pria excellentiæ quā obtinendam omne bonum com-
mutabile potest aliiquid cooperari, ergo ex superbia na-
tura possunt oriri vitia oia. Et idem est de inordinato amo-
re sui, ad idē enim pertinet vtrung. Timor autē male hu-
millans licet possit dici proxima radix aliquorum pecca-
torum, tamen nō potest esse prima, semper enim oritur ex
amore sicut arguebat, ex eo enim quod aliiquid male
diligitur oia impeditius male timetur. Quod autē in or-
dine executionis cupiditas sit radix, patet sic, illud quo
potest facultatē adimplendi omne malum desiderium,
est radix & origo omnium peccatorū, sed diuitia quā
appetitus est cupiditas sunt huiusmodi eo q̄ ad habenda
que cōmutabilia potest homo suuari pecunia,
secundū quod dicitur Eccle. 10. pecunia obediens omnia,
ergo cupiditas diuitiarū est radix om̄is peccatorum.

9 Hac autē omnia licet sint subtiliter dicta & proba-
biliter, tamen non videtur sufficiētē dicta: φ patet pri-
mo de superbia, quāuis enim inordinatus amor sui sit vel
esse positivum inordinate appetendi omnia com-
mutabilia, & ob hoc secundū Aug. amor male inflammas
posit esse principium aliorum peccatorū, tamen non po-
test hoc dici de superbia, quia ad plura se extendit inor-
dinatus amor sui quām se extenderat superbia quae est inor-

dinus amor sui quoad excellentiam propriæ personaæ
ex hoc enim φ aliquis inordinate diligat se, sequitur vel
natūrā est sequi quod inordinate appetat vel fugiat om̄ia
qua existimat fibi bona vel nocua, & hæc sunt vel
esse possunt omnia simpliciter, & ideo omne peccati po-
test ex hoc oriſi, sed ex inordinato appetu propriæ excellen-
tiæ in quo confitit formaliter superbia non est natūrā
sequi, nisi φ inordinate appetantur, vel fugiantur illa que
promouent, vel impediunt propriam excellentiam. Hęc
autem non sunt omnia que male appetuntur vel fugiantur.
Delectationes enim turpes que male appetuntur per
intemperantia non promouent excellentiam, nec existi-
mantur etiam à superbia eam promouere, p̄onē etiam
& trifitiae que turpiter fugiantur per timiditatem non
impediunt, nec existimantur impedire propriam excellentiam,
propter quod huiusmodi peccata que consistunt in
appetitu delectationis turpium, & in fuga trifitiae in rea
bus bellicis nō videntur oriſi ex superbia que est appetu
propriæ excellentiæ, quanvis ordinantur sue orian-
tur ex inordinato amore sui. vnde in argumēto est falla-
cia cōsequentia. Similiter φ dicitur de diuitiis quarū in-
ordinatus appetitus est cupiditas & φ ipse p̄bet facul-
tatem adimplendi omne malū desiderium, cōcedatur, sed
ex hoc nō sequitur φ cupiditas sit radix vel origo om̄is
peccatorū, sed potius oppositū, quia diuitia nō p̄abet
facultatē adimplendi mala desideria, nisi per sui distribu-
tionem: cupiditas autē nō est appetitus eorū ad distribu-
endum eas, sed ad congregandū & retinendum, & ideo
cupiditas diuitiarū magis impedit assecutionem malorū
desideriorū que per distributionē pecuniarū possent im-
pleri quām ad hoc inclinet, vel promoueat.

10 Et ideo dicendum est alter: videlicet φ radix pri-
ma peccatorum est inordinatus amor sui: quē Aug. vocat
amorem male inflammantem. Vnde ipse dicit alibi, quod
nō sunt boni vel mali mores, nisi boni vel mali amores.
Secundaria autē radix respectu aliquorū peccatorū est ti-
mor qui nascitur ex inordinato amore sui, & haec sunt fa-
ctis prius declarata. De superbia autē que est inordinatus
amor propriæ excellentiæ, de qua scriptū est φ ipsa est ini-
tiū omnis peccati, forte intelligendum est de ordine tem-
poris, quia primū peccatum angeli & hominis fuit super-
bia, ut patuit supra, cum ageretur de eorū peccato, & nō
de ordine causalitatis falso vniuersalī. Item vera litera
est, initium peccati est omnis superbia, & nō initium om-
nis peccati est superbia, quia ex omni superbia nata sunt
sequi aliquia peccata: superbus enim neceſſe habet alij in-
uidere, vt dicit B. Aug. & sic est de quibusdā alij pecca-
tis que oriſit ex ea, & ideo subditur in textu, qui teneat
eam adimplibet maledictis, sed ex ea nō sunt nata oriſi
omnia peccata, vt probatum est prius.

11 De cupiditate autē que est amor inordinatus pecu-
niarum potest dici φ est radix om̄iū malorum, nō quā
pecunia p̄beant facultatem adimplendi omne deside-
riū malū (vt alii dicunt) sed quia ardētior amarorū pe-
cuniārū animā suā venalem habet, vt dicitur Eccl. 10.
Et ideo omni offerent pecuniam obedire ad omne ma-
lum cōmitendum, & omne bonum fugiendum. Si enim
pecunia obediunt omnia, multo magis cupidus. Verun-
tam non est prima radix, quia & ipsa oritur ex inordi-
nato amore sui.

12 Et per hoc patet responsio ad argumenta p̄ter
quādā quartū, ad quod dicendum est φ peccata non
oriuntur ex errore vel ignorantia, nisi sicut à causa remo-
uente prohibens, tunc enim dicitur peccare quis per erro-
rem vel per ignorantia quando si sciret peccatum, vel ali-
quid tale non faceret, error ergo vel ignorantia cauſat cul-
pam solum, quia tollit scientiam que prohiberet culpam
fieri, cauſa autē remouens prohibens (cum non sit cauſa
per se, sed per accidens) nō dicitur propriæ cauſa, nec pro-
priæ cōdit sub arte, propriæ quod ignoratiā, vel error nō
dicitur propriæ radix vel initium peccati.

QUESTIO QVINTA.

Vtrum virtus capitalia bene distinguantur per se
p̄tem que sunt superbia, auaritia, &c.

TERTIO principaliter queritur, de divisione peg-
catorum, & comparatione eorū. Et primō queritur

CC 2. VTRUM

*Sup. d. 22.
7-4. Et. Th.
1.2. q. 27.
37. 3.*

MAGISTRI DURANDI DE

VTRUM VITIA CAPITALIA CONVENIENTER DISTINGUANTUR PER ILLA
SEPTEN, QUAES SUNT SUPERBIA, Avaritia, Luxuria, &c. ET VIE
DETUR QUOD NON, QUAES ITA VIDETUR SE HABERE CAPUT AD ANI-
MALIA SICUR RADIX AD PLANTAS, VT IN SECUNDO DE ANIMA DIC-
TUR, NAM RADICES SUNT ORI SIMILES, Igitur CUM IN PECCATIS
CAPUT & RADIX DICANTUR TRANSMISSIONE, & PER SIMILITUDI-
NEM, ILLA SOLA PECCATA DEBENT DIC CAPITALIA QUAES DICUNTUR
RADICES ALIORUM, SED ILLA SEPTEN QUAES ENUMERANTUR IN LITERA
NON DICUNTUR RADICES PECCATORUM, VT PATER EX PRECEDENTI
QUESTIONE, ERGO NON DEBENT DIC CAPITALIA.

2 SECUNDO VITIA CAPITALIA DICUNTUR QUAES POENA CAPITIS
PUNIUNTUR, SED MULTA INTER ILLA SUNT QUAES NON PUNIUNTUR PG
NA CAPITIS, IMO SINGULA EX IPSIS POSUNT ESE VENIALIA VEL
MORTALIA, QUAES ALIA SUNT QUAES PRÆdicta POENA PUNI-
UNTUR, VT HOMICIDII, & HUIUSMODI QUAES NON CONTINENTUR
IN ILLIS SEPTEN, ERGO MALLE ENUMERANTUR.

3 IN CONTRARIUM EST MAGISTER IN LITERA.
ET GREGO. 31. MORALIUM VBI PRÆdicta VITIA ENUMERANS VO-
CAT EA CAPITALIA.

4 RESPONSO. Sicut nomen radicis non dici-
tur in peccatis propriis, sed transumptiis, sic & nomen ca-
pitis, caput enim in homine est membrum sub quo cœ-
ra ordinantur & continentur, & in peccatis illud dicitur
capitalia quod multa continet, & sub ea multa peccata
ordinantur. Peccatum autem dicitur aliud contineat dupli-
citer. Vno modo secundum rationem originis, vnum
quod enim dicitur aliquo modo cōtinere sub principio
suo originali, & peccati quod sic continet aliud, dicitur
radix eius, vt pater ex præcedenti questione. Alio modo
dicitur vna peccatum cōtinere aliud secundum rationem
vniuersalitatis, sicut genus continet sub se suas species, &
peccatum quod sic alia cōtinet dicitur capitale, ita q̄ diuisio
peccati generaliter sumpti per via capitalia est quasi di-
uisio generis generalissimi in ea qua immediatè suo ipso
cōtinetur, & alia sub se cōtinent, propter quod capitalia
dicuntur, & talia sunt illa septen quod potest videri sic, oī
ne peccati consistit in deordinato appetitu boni apparen-
tis, vel in deordinata fuga mali apparetis, apparens autē
bonum vel appetit honestum quod appetit superbiam, vel
vitale quod appetit avaritia, vel delectabile quod appetit
carnalis cōcupiscentia. Et hoc sunt tria vitia capitalia que
enumerat beatus Ioh. in prim. ca. 2. cap. dicēs omne quod
est in mundo, concupiscentia carnis est, vel cōcupiscentia
oculorum, & superbiam vitæ, omne enim peccatum quod con-
sistit in deordinato appetitu boni apparentis continetur
sub aliquo istorum trium, carnalis autem concupiscentia
quaes respicit apparens delectabile diuiditur secundum di-
uisiōnem sui obiecti, nam quoddam est delectabile ractui
quod inordinatè appetit luxuriam, & est aliud delectabile
gustui quod inordinatè appetit gula, in actu enī & gusto
maior est delectatio quam in aliis sensibus, & circa horū
obiecta magis contingit peccare & sic habemus quatuor
vitia capitalia que consistunt in deordinato appetitu bo-
ni apparentis.

5 Malum autem apparens quod inordinatè fugit ap-
petitus, quod tamen secundum veritatem est bonum dile-
plex est, vel in ipso, & hoc fugit accidit per quam homo
renuit labore vel aliquid triste sustinere propter acquisi-
tionem boni virtutis, vel in altero, & illud vel est boni
nature quod refugit ira per quam homo confudit in alterum
quaes existimat sibi nocuum, vel est bonum super-
additum quod refugit inuidia quaes est tristitia de bono al-
terius quaes existimatur esse in diminutione boni proprii,
& ita in vniuerso sunt septem vitia capitalia sub quibus
ferent omnia vitia continentur.

6 Ad primum argumentum dicendum quod peccatum
ex alia proprietate dicitur radix, & ex alia dicitur caput.
Radix enim dicitur ex proprietate originis quaes non con-
uenit omnibus, sed caput dicitur ex hoc quod plura sub
se cōtinet per modum vniuersalis quod competit his quaes
dicta sunt.

7 Ad secundum dicendum quod peccatum non dici-
tur capite, quia puniatur poena capitum, sed propter cau-
sam quaes dicta est, abusus etiam dicuntur septem pecca-
ta mortalia quae secundum singula eorum contingat
peccare venialiter, & quandoque mortaliter sicut ar-
guebatur.

SANCTO PORCIANO

QVÆSTIO SEXTA.

VTRUM PECCATUM CONVENIENTER DISTINGUATUR
PER VENIALE & MORTALE.

Thos. 1. 2. q. 38. art. 1.

Q Varto queritur, vtrum peccatum conuenienter
distinguitur per veniale & mortale. Et videtur
quod non, quia peccatum est dictum vel factum, vel con-
cupitum contra legem dei, vt dicit Aug. 23. contra Faust.
Sed omne quod est contra legem dei est peccatum mor-
tale, ergo omne peccatum est mortale, & nullum veniale.

2 Secundo quicquid tollit virtutem est peccatum mor-
tale (vt videtur) sed omne peccatum tollit virrum, de-
clinat enim a medio virtutis per excessum, vel defectum,
ergo omne peccatum est mortale & non veniale.

3 Tertio quicquid amore inheret alicui rei vel inha-
ret ei vel sicut fruens, vel sicut viēs, vt pater per Aug. in. i.
de doct. Christ. sed nullus peccans inheret bono commu-
tabili quasi yters. Non enim refert ipsum ad bonum quod
nos beatos facit q̄ proprius est vti (vt Aug. dicit ibidem)
er go quicquid peccat, fruatur bono communabili, sed fru-
rebus tvndis est humana perueritas, vt Aug. dicit in lib. 83. questionum, cum ergo perueritas peccatum mor-
tale nominet, videtur quod quicquid peccat, mortaliter
peccet.

4 IN CONTRARIUM EST MAGISTER IN LITERA, &
DICTUM COMMUNITER LOQUENTIUM.

RESPONSO. Videnda sunt duo. Primum est
qualis sit diuisio peccati per mortale & veniale. Secundū
est quid sit peccatum mortale, & quid veniale.

Quantum ad primum sciendum quod duplex est
modus diuidendi aliquod commune in ea qua sub ipso
sunt, sicut est duplex communitas. Est tamen quoddam
commune vniuersum ad ea de quibus dicitur, & in qua
diuiditur sicut animal, & quodlibet genus diuiditur in
suas species, et species in individua: aliud est commune ana-
logicum quod non vniuocem dicitur de his qua sub ipso
sunt, sed de uno dicitur simpliciter & secundum perfectam
rationem, de alto autem imperfeciō & secundum quid, &
imperfecte, quia nimis quod potest esse de ratione pecca-
ti in subtilitate & accidente, de ente in actu & de
ente in potentia. modo dicunt quidam q̄ diuisio peccati
per veniale & mortale non sit primo modo, sed secundo,
quia ratio peccati perfecte & simpliciter inuenitur in pec-
cato mortali. In veniali vero non, nisi secundum quid, &
imperfecte, quia nimis quod potest esse de ratione pecca-
ti invenitur in veniali, sicut minimū quod potest esse de
natura entis inuenitur in accidente, vel in ente in potentia.
Et hoc ipsum nomen ostendit, quia venia non debetur pec-
cati, nisi secundum quoddam imperfectionem peccati.

7 Itud autem nullam habet calamitatem si omne pecc-
atum veniale consideriter in subitis motibus qui præuen-
tient deliberationem etiam circa materiam peccati mor-
talis, sicut est subita complacientia mulieris occurritis, quia
oī tales motus habet rationē peccati secundū quid & im-
perfecte. Cuius ratio est, quia illud est peccatum solum se-
cundum quid, quod est in potestate nostra solum secun-
dum quid, sed motus præuenientis deliberationem, non
sunt in potestate nostra simpliciter, sed solum secundum quid,
nihil enim est perfecte, & simpliciter in potestate
nostra, nisi illud quod sequitur deliberationē per quā ha-
bemus plenum dominium actuum nostrorum, ergo 8c.
Sed quia peccatum veniale inuenitur non solum in subi-
tis motibus, sed etiā in actu deliberato cadere super ins-
debitam materiam siue in debitam, sicut cum aliquis se-
ens & deliberans profert mendacium ioculum, ideo in talib-
us non videatur verum quod dictum est, scilicet peccatum
diuidatur in mortale & veniale per modum ana-
logi dicti de uno simpliciter, & perfecte, & de alio secun-
dum quid, quod patet primo, quia actus voluntarius sim-
pliciter cadens supra materiam simpliciter indebet peccatum
simpliciter, sed multa venialia sunt huiusmodi
vt patet in exemplo adducto & consimilibus, ergo &c.

8 Secundo quia in omnibus quae analogie dicitur fe-
cundū prius & posterius, perfecte & imperfecte, simplici-
ter & secundum quid ratio nominis nulli cōpetit nisi per
attributionē ad unum quod per prius & simpliciter dici-
tur tale. (Verbi gratia in ente respectu substantiae & acci-
dentis,

dentis, entis in actu & entis in potentia) sed peccatum veniale non dicitur peccatum per attributionem ad peccatum mortale, quia si non esset aliquid peccatum mortale nihilominus esset dare peccatum veniale, quod non contingit in his que analogice dicuntur, quia si non esset substantia accidens non esset, & si non esset sanitas animalis nihil diceretur sanum, ergo ratio peccati non conuenit analogice peccato mortali & veniali, nisi solù accipido veniale quod constituit in subiecto motu circa materiam peccatim mortalis, tale enim dicitur peccatum solù secundum quid & in habitudine ad actum delibera tum circa eandem materiam que est peccatum mortale.

Tertio quia si vnu oppositorum dicitur multipliciter & reliquias, sed actus virtuosus & peccatum opponuntur, ergo si in peccatis est multiplicitas analogice in participantia ratione peccati, in actibus virtutis erit similis multiplicitas in participando rationem virtutis, quod non dicimus coparando actum interiorē interiori, & exteriorē exteriori, licet hoc dictum fuerit sicut in praecedente distinctione, coparando actus aliarū potentiarum actū voluntatis, quia etiā modo possumus analogiam in peccatis, sed talis analogia non est inter veniale & mortale inveniatur tam in mortali q̄ in veniali coparando actum interiorē exteriori, patet ergo q̄ diuisio peccati per mortale & veniale non est clivis analogi, sed est diuisio vniuersi, quia ratio peccati simpliciter & vniuersi salutatur ī virtute licet unum sit grauius altero grauior alterius rationis specialis, nam & species sub genere naturā generis simpli citer participant, vna tamen non est perfectior altera perfectione differente specificē, & sic patet primum.

10 Circa secundum notandum est q̄ peccatum veniale dicitur illud de quo de facili venia habetur, quod contingit triclicher, vno modo quia causa peccati quandam rationē venia habet sicut peccatum per ignorantiam, vel per infirmitatem ex vehementi passionis. Secundo modo ex eventu, quia scilicet per aliquid peccato superueniens efficitur pena eius cito solubilis sicut contritus & confessio superueniens peccato facit penam eius cito solubilem, quia comunitat aeternam in temporalem, veniale autē acceptum his duobus modis non distinguitur contra mortale, quia mortale potest per ignorantiam fieri. Et sic est veniale ex causa quantum ad primum, & iterum illud quod est mortale fit veniale per contritionem & confessionem, & sic dicitur veniale ex eventu quantum ad secundum. Tertio modo dicitur veniale ex genere actus, vocando genus actus rationem quā sortitur actus ex materia, vel obiecto, & sic veniale distinguitur contra mortale iuxta distinctionem materie in qua peccatur.

11 Hoc modo peccatum est quādā infirmitas animae, & ideo sicut in morbis morbus ille dicitur mortalis qui infallibiliter inducit priuationem principiū vite corporalis, sic in peccatis illud dicitur mortale quod inducit priuationem principiū vite spiritualis, veniale dicitur illud quod tales priuationes non inducunt, principiū autem quo vivimus spiritualiter est charitas per quam homo bene ordinatur ad Deum & ad proximum & ideo illud est peccatum mortale ex genere suo quod repugnat dilectioni dei vel blasphemia, peririum & huiusmodi, vel dilectioni proximi, sicut homicidium, adulterium & similia. Hęc enim & similia peruerterū debitum ordinem subiectionis ad Deum & fons humanae societatis ad proximum, propter quod ex genere suo sunt peccata mortalia. Cum etiam homo teneatur diligere plus seipsum q̄ proximum, sicut illa que sunt in iniuriis proximi sunt contra charitatem & peccata mortalia sic ea quae homo committit contra seipsum, & contra naturam proprii subiecti sicut occidere seipsum, vel peccare contra naturam, sunt contra charitatem & peccata mortalia, quando vero voluntas peccantibus fertur in illud quod in se quidem continet quandam inordinatem, non tamē contrariatur dilectioni dei, aut proximi, nec tollit ordinem debite subiectionis ad Deum, nec fons humanae societatis ad proximum, sicut verbum oculorum, rixas superfluous, et similia, talia dicuntur venialia ex genere, & hoc fuit secundum.

12 Ad primum argumentum dicendum q̄ omne peccatum est contra legem dei naturalem vel inspiratam, vel ab eis derivatam, nec tamē omne peccatum est mortale, quia in qualibet lege sunt aliqua præcepta & prohibitio-

nes de his que necessaria sunt ad custodiā ciuitatis, & sine quibus dissiparetur ciuitas, & facere contra haec est peccatum mortale. Alia vero sunt que inducuntur à lege, non tanq̄ necessaria simpliciter quasi sine eis non staret bonum ciuitatis, sed tanq̄ facultas ad perfectionem & decorum ciuitatis, & quorū oppofitū habet aliquam in ordinationem, sed non subuententem ciuitatem: & facere contra talia non est peccatum mortale in aliqua lege.

Quod autē dicunt quidā quod dictū Aug. solum intelligitur de peccato mortali quod est simpliciter peccatum. Non video, quia mentiri iocose est directe contra dicta legis naturalis, & non solum præter, & idem est de omnibus que ex genere suo sunt peccata venialia. Propter quod tenenda est prior solutio.

*Sap. d. 2.4.
q. 5. m. 11.*

13 Ad secundum dicendum, q̄ non omne quod tollit virtutem quamcumq; vel contrariatur actui virtutis moralis est peccatum mortale, quia sicut sunt multe virtutes Morales que non sunt de necessitate salutis ut eutrapelia, mafuerit & quædā alia, sed sunt de decētia & honestate, sic actus oppositi non sunt peccata mortalia sed venialia.

14 Ad tertium dicendum, q̄ non omnis qui inheret alia cui rei inheret ei sicut fruens vel sicut bene videntes sed potest ei inhāre, et abutens, vel male videntes, eo q̄ non refert ad debitum finem, & quia non omnis abutus est peccatum mortale, ideo non oportet omnem peccantem pēcatur.

Q VÆSTIO SEPTIMA.

Vtrum peccatum veniale & mortale distincti
gantur per penas eis debitas.

Thom. i. 2. q. 88. ar. 2.

Q Vinto queritur, vtrum peccatum mortale, & veniale differat per penas eis debitas, videlicet q̄ peccato mortali debetur pena aeterna, & veniali pena temporalis. Et arguitur quid non, quia inter omnia peccata peccatum origine habet minimum de ratione peccati, sed originali debetur pena aeterna, ergo multo fortius omni peccato.

2 Secundo pena mensuratur secundum quantitatem offendit, sed omni peccato est offensa infinita, ergo omni peccato debetur pena infinita. Major patet: minor probatur, quia offensa mensuratur secundum dignitatem eius qui offendit, sed per omne peccatum Deus qui est infinitus dignitatis offendit, quod patet ex eo q̄ ipse puniet omne peccatum, puniit autem effectus est offendam mafuefiant, ergo in omni peccato est offensa infinita, & ei debetur pena infinita, & ita peccatum mortale & veniale non distinguntur ratione penarum.

3 IN CONTRARIUM est Magister in litera, qui dicit quid mortale obligat penam aeternam, veniale vero penam temporali.

4 RESPONSO. Quanta pena debetur vtricū peccato mortali, scilicet & veniali, scidū est quid sit et ex culpa oriatur reatus penarum, ut reparetur iustitia per penam, quia laesa fuerat per culpam, tamen commensuratio penarum ad culpam non attenditur quādā ad durationem in aliquo iudicio diuino vel humano, non enim quia homicidium vel adulterium in momēto committuntur propter hoc momētanę pena puniuntur, sed quandoq; quidem perpetuo carcere, vel exilio: quandoq; etiam morte in qua non cōsideratur occisionis mora, sed potius quid in perpetuum auferatur a societate viuentium. Item nee proportionatur pena culpi quoad acerbitatem sic, ut secundum ita intense affigatur quis in pena quādā intense deles status fuit in culpa, constat enim q̄ multo plus affigitur quis cū occidit propter crīmē homicidii cōmisi q̄ possit delectari cōmētendo homicidiū, nec illud est contra illud q̄ dicit Apoc. 18. quādā glorificauit se & in delictis fuit, tantū date ei tormentum & lucrum, quia non est sensus quid debetur æquari trifitria vel dolor pena delectationi culpi, sed est sensus quid in generali sicut excedit culpa culpam, sic pena ponam, delectationi tamen culpe non oportet æquari dolorem penarum maxime cum contingat hominē plus delectari in aliquo veniali quandoq; cui debetur leuior pena, q̄ in aliquo mortali cui debetur grauior pena. Quid ergo est in quo attenditur commensuratio penarum ad culpā, ex quo non attenditur secun-

CC 3 dum

DURAN

DURAN

Magistri Durandi de
dum durationem, neq; secundum aequalitatem delectati-
onis culpa, & acerbitas pena?

5 Dicendum q; attenditur secundum grauitatem iniurie
offensis illius in qua committitur, sive sit persona priua-
ta, sive res publica, cuius ratio est, quia culpa debetur pena
in quantum est iniuria, ut patet ex praedictis, sed culpa
est iniuria non ratione delectationis vel more, sed ratione
iniurie offensa, vel lascivis redundantis in alterum, ergo
secundum hoc debetur ei pena, & secundum illud est con-
miseratur. Ex hoc ad propositum dicendum q; peccato
mortali debetur pena eterna. Non autem veniali. Quod
patet, quia sicut est in ciuitate mundana, sic suo modo de-
bet esse in ciuitate diuina, sed in ciuitate mundana sic est
q; ille qui ex culpa sua totaliter subuerit quantum in se est
pacem & amicitiam ciuium adiuicem, vel obedientiam
ad principem, meretur extirpari totaliter a ciuitate per
mortem, exilium, vel perpetuum carcere, sic enim recop-
penatur (prout possibile est) per penam laesio communita-
tis facta per culpam. Et haec pena licet non sit simpliciter
perpetua, est tamen perpetua secundum capacitatem sub-
iecti, & secundum intentionem legis quod hoc vt in perpet-
uum simpliciter non reuocetur ad societatem communita-
tis coram deliquit, ergo eodem modo debet esse in ciu-
itate diuina in qua congregantur homines lege fidei
& charitatis, q; ille qui subuerit quantum in se est, ordi-
nem charitatis ad proximum, vel subiectionis ad deum me-
retur extirpari totaliter a ciuitate per mortem, exilium
vel carcere. Haec autem pena simpliciter perpetua sunt in
ciuitate diuina, scilicet mors secunda, exilium a patria,
& carcere inferni, quia & subiectum susceptiuum istarum
penarum perpetuo durabit, per solum autem peccatum mor-
tale fit talis subuersio in ciuitate diuina, vt appareat ex
dictis in secundo membro questionis praecedentis, quare
soli peccata mortali debetur pena eterna, hoc tamen mis-
ericordiae habet ciuitas diuina supra mundanam, & q;
peccanti quancumque grauitate contra ciuitatem diu-
nam superest vñq; ad mortem corporis locus penitentia
ad satisfaciendum pro culpa, & vt reuocetur ad statutum
pristinum, quod non in ciuitate mundana.

6 A.D. Primum argumentum in oppositum dicendum
q; sicut origine minimum habet de ratione culpa, ita
pena sibi debita minimum habet de ratione pena, quia si
quis nascetur in puris naturalibus sine gratia & origi-
nali culpa & sic moreretur, talis careat visione diuina si-
c ut ille qui moritur in originali peccato, in ipso tamē nō
est pena, sed defectus. In illo autem qui moritur in origi-
nali peccato dicitur pena propter relationem ad primum
parentem per quē debuit ad nos transire originalis iustitia,
& per consequens visione diuina, & de hac pena quae im-
propriè dicitur pena nō loquitur, sed de pena sensus in
qua differunt mortale & veniale secundum differentiam
perpetui & temporalis.

7 Ad secundum dicendum, quod offensa dicitur dupli-
citer. Vno modo propriè, scilicet factū pro quo amitti-
tur gratia eius qui offendit, & talis offensa dei non est
in peccato veniali, sed tantū in mortali quod priuat gra-
tiā, talis enim offensa meretur penā infinitā. Alio modo
dicitur offensa communiter pro omni factū quo mere-
tur qualemcumque penā, & talis offensa est in peccato ve-
niali quē nō est offensa simpliciter pro eo nō tollit gra-
tiā, nec peruerit totaliter ordinem subiectionis ad Deum
vel dilectionis ad proximum, & ideo non meretur penā
eternam.

QVÆSTIO OCTAVA.

Vñrum peccata inter se sint paria.

Tb. I. 2. q. 7. ar. 6. & q. 10. ar. 2 ad. 9.

P Ostimodum queritur, vñrum peccata sint paria. Et vi-
detur quod sic, quia peccare est trāsgredi regulam ra-
tionis, que ita se habet ad actus humanos sicut regula li-
nearis se habet ad actus corporales, ergo peccare simile
est ei quod est lineas transilire de qua prohibitum est q;
non transiliret est æqualiter & vno modo eriam si ali-
quis propinquus sit, vel longius recedat & esset equalis
transgressio si præceptū esset lineam non transgredi, ergo
peccare contingit æqualiter & vno modo.

2 Item ibi videtur esse æqualis culpa ibi æqualiter pri-
natur gratia, sed in omni peccato mortali æqualiter pri-
natur.

Sancto Porciano
tur gratia, quia totaliter, ergo omnia peccata mortalia
sunt æqualia.

3 IN CONTRARIUM est, quia sicut peccatum
oppunit virtuti, sic falsitas veritati, sed falso contingit
dare magis falso, magis enim falso est quod est falso
& impossibile quam falso contingens, ergo est dare vñ
peccatum peius altero.

4 Ad idem eit q; dicitur Ioan. 19. Propterea qui me tra-
didit tibi maius peccatum habet. constat autem quod Pilatus
cui hoc dictum fuit, aliquod peccatum habuit, ergo eit da-
re aliquod peccatum maius peccato.

5 R E S P O N S I O . Dicendum q; peccata possunt co-
parari quoad grauitatem tripliciter. Primo comparando
ad inuidem peccata diuerarum generū, puta mortale ad
veniale. Secundo comparando peccata diuerarum specie-
rum sicut mortale mortali, puta furtū homicidio, vel ve-
niale ventale. Tertio comparando inuidem peccata eius-
dem speciei, puta furtū furtū, vel mendacium mendacio,
quibuscum autem modis comparatur peccata, dicendum
q; nō sunt paria, sed eit vñrum grauius altero, quod appa-
ret primo comparando veniale mortali sicut: peccatum est pri-
uari debite rectitudinis in actu, illud igitur in peccatis
est peius quod tollit ab actu rectitudinem magis debitum,
sed peccatum mortale tollit rectitudinem ab actu magis
debitum q; veniale, ergo &c. Maior patet, sed minor probat,
qua peccatum mortale priuat rectitudinem debitis sub-
iectionis ad Deum, vel debitum charitatis & societatis ad
proximum, vt patet ex precedentibus. Veniale autem puta
mendacium iocofum tales rectitudinem quae in actibus
humanis est maximē debita non priuat, licet priuat rectū
ordinē signi ad suum signatum que in moribus nō est adeo
debita sicut prima, quare &c.

6 Secundo patet idem comparando peccata eiusdem
generis, sed diuerarum specierū puta: comparando pecca-
ta mortalia diuerarū specierum inter se, quia deordinatio
quae est circa finem prior est & grauior deordinatio
ne quae contingit circa ea quae sunt ad finem, quia ordo &
rectitudine eorum quae sunt ad finem sumitur ex fine, sed in-
ter peccata mortalia quædā directe deordinat ab ipso fine
q; quædam vero in his quae sunt ad finem, verbi gratia,
res exteriores ordinantur ad hominem tanq; ad finem qui
ultimo ordinatur ad deum, vnde peccatum quod directe
deordinat nos circa Deum sicut infidelitas vel blasphemia
est grauius, quia coram finem victimū. Deinde illud q;
committitur in proximum quādum ad eius perlonam (scilicet
homicidium) quia homo est finis sub fine. Ultimo illud
quod deordinat circa res exteriores vt furtum, quia
res exteriores solum habent rationem eius quod est ad finem,
ideo &c. Quod autem dictum est q; non omnime pecca-
tum mortale deordinat a fine intelligendū est obiectū,
quia non omnime peccatum habet finem pro objecto merito
rī, aut omne peccatum mortale a fine & cōfessione finis
deordinat. Iten circa eandem materiam cōtingit virtus
& virtū opposito modo, & forte priuari, quia actus redi-
tut virtutis ex sola carētia perfectionis debita actui
virtutio, sed in virtutibus vna inuenitur potior alia, si
cū iustitia præminent inter eōs virtutes morales vt dicit
Tulius libro de Officiis, ergo inter virtutem vnum est gra-
uius alio. Probatur cōsequēntia, quia priuationes corre-
spondunt.

7 Tertio patet idem comparando peccata eiusdem spe-
ciei inter se, primo ex parte peccatis, quia actus intensior
in bonis est melior, & in malis peior, sed diuerum peccatū
secundum eandem speciem peccati cōtingit volun-
tatem vñrum intensius ferri in obiectum q; voluntatem al-
terius, quare &c. Maior patet, sed minor probat, sunt
enim aliquæ causæ que augē voluntarium sicut habitus
vitiosus. Quædam vero diminuunt ipsum & miscent cu-
m inuoluntario sicut motus violentus, & similiter ignoran-
tia que tollit iudicium rationis, propter quod intensius
& grauius peccat qui peccat ex habitu quam qui peccat
ex ignorantia, metu vel violentia, passionis. Idem patet
secundo ex parte circumstantiarum sic ille actus est prior
qui corripit plures bonas circumstantias q; qui vñam tan-
tum, sed inter peccata eiusdem speciei ifidū inuenitur q;
vñus actus corripit plures bonas circumstantias, ali-
us autem vñam tantum, sicut prodigus qui dat cui non
opera

Lib. II. Distinctio. XLII.

oportet & quando nō oportet plus omittitur de circumstan-
tis liberalitatis quam qui dat cui oportet, sed nō quando
oportet, ergo &c. Item secundum eandem circumstantia
in specie ille actus est peior cuius circumstantia est deteri-
or, sed in peccatis eiudem speciei circumstantia eadem se-
cundum speciem potest esse in uno peior quam in alio, sicut
in furto. Supposito enim q̄ res aliena sit furtive ablata
quanta rei auget vel minutus grauitate furti, grauius
enim est iustificare aliqui multum quam parū, sicut eon-
trario seruato modo virtutis virtuolus est dare multum
quam parū, ergo &c. Pater igitur q̄ qualitercumq; com-
parentur peccata nō sunt paria, sed semper inueniuntur, vel
potest inueniri inter ea inaequalitas. Et hoc est quod dicit
beatus Aug. ad Hier. clarissima disputatione tua satis ap-
paruit non placuisse auctoribus nostris, inquit nec ipsi veri-
tati omnia peccata esse paria.

3 A D. Primum argumentum dicendum q̄ ratio illa in
multis deficit. Primo quia regula rationis nō est vna tan-
tum nec circa vna materiam, sed circa plures. Et licet in
omni materia sit seruanda regula rationis, tamen magis
est seruanda in vna q̄ in alia, ut declaratum fuit in corpo-
re questionis, propter quod grauior est transgressio in vna
quam alia, sicut de pluribus lineis prohibitis transgressio
peius est transgressio omnium circumstantiarum quam
peius est transgressio illam quam est proibita sub pena
mortis quam illam que est proibita sub pena minore.
Secundo, quia regula rationis circa vna & eandem mate-
riam respicit multa & non vnum tantum. Bonum enim
virtutis est ex obiecto & omnibus circumstantiis, & ideo
peior est transgressio omnium circumstantiarum quam
vnum tantum, nō sic autem est de transitu linei prohibiti
qua ibi non est nisi vna mala circumstantia, s. transgres-
sio prohibitionis. Tertio, quia licet peccatum semper sit
quædam transgressio regula rationis, tamen tota grauitas
peccati non attenditur ex sola transgressione, sed pensa-
tur etiam ex maiori vel minori voluntate transgredien-
tis, id insufficiens arguitur.

4 Ad secundum dicendum per interemptionē maioris
per omne enim peccatum mortale priuatur totaliter gra-
tia, nō quia omnia sint paria, sed quia omne peccatum mor-
tale natum est tollere ordinem subiectiōis ad deum, vel
fodus humanae societatis ad proximum: talis autem qui
sic facit, habēdūs est in ciuitate tanquā hostis ad quem
non habetur gratia. Et ideo &c.

Sententia huius distinctionis. XLII.

in generali & speciali.

E st præterea quoddam genus aliud peccati. Superius
determinauit Magister de peccato in generali. Hic
determinat de ipso in speciali. Vnde determinat speciali-
ter de peccato in spiritum sanctū. Et diuiditur in partes
duas. Primo determinat de peccati huius grauitate. Se-
cundo inquirit de eius quiditate. Secunda ibi, sed qua-
ritur quid sit illud peccatum. Et hæc diuiditur in tres se-
cundum triplicem descriptionem huius peccati quam po-
nit. Secunda ibi, est autem & alia huiusmodi peccati assi-
gnatio. Tertia ibi, de hoc quoq; peccato. Prima istarum
diuiditur in duas. Primo ponit vnam assignationē huius
peccati. Secundo circa hoc mouet questionē & solvit. Se-
cunda ibi, sed queritur, vtrum omnis obstinatio. Hæc est
sententia & diuisio lectionis in generali.

5 IN Speciali primo sic procedit. Et proponit primo
quod peccatum in spiritum sanctū est grauissimum, quia
vt habetur in euangelio nō remittitur in hoc seculo ne-
etiam in futuro. Et illud idem est peccatum ad mortem.
Postea dicit quod vno modo dicitur peccatum in spiritū
sanctū, scilicet obstinatio, vel induratio, vel desperatio;
obstinatio autem est obduratio mentis in malitia, des-
peratio vero est diffidētia bonitatis diuinae, per primi dei
iustitia contemnitur, per secundum bonitas & misericor-
dia. Postea querit, vtrum omnis obstinatio vel despera-
tio sit peccatum in spiritum sanctū: & responderet quod
quidam dicunt quod sic, & secundum eos dato q̄ multi
obstinati cōuertantur ponere quod peccatum in
spiritum sanctū non dicatur irremissibile, ita quod nul-
lo modo remittatur, sed quia vix & raro remittitur. Alij
vero dicunt solam obstinationem & desperationē quam
comittitur finalis impenitentia esse peccatum in spiritum

Quæstio I.

204

sanc̄tū, & secundum istos peccatum in spiritum sanctū
nunquā remittitur. Postea dicit q̄ alio modo dicitur esse
peccatum in spiritum sanctū induratio & oppugnatio
superne gratie, quod ideo non dicitur remitti, quia tales
humilitatem petend⁹ venit subire nō possunt. Subdit ra-
men quod talis induratio & oppugnatio nō faciunt pec-
catum in spiritum sanctū, nīc cum finali impenitentia.
Et vult hic accipere finalem impenitentiam non solum
prout negat actum, sed & propotit. Ultimo dicit q̄ alio
modo dicitur peccatum in spiritum sanctū peccatum
quod fit cōtra bonitatem & virtutem spiritus sancti, quod
non est intelligendum q̄ sit alia offensa vnius personæ di-
uinæ q̄ aliarum, sed per quadam appropriationem secun-
dum quām dieuntur peccata ex infirmitate committi in
patrem, peccata ex ignorantia in filium, peccata ex mala
tia in spiritum sanctū.

Quæstio PRIMA.

Vtrum sit aliquod peccatum in spiritum sanctū.

Thom. 2.2. q.14. ar.1.

C irca distinctionem istam primo queritur, vtrum fie-
liquid peccatum in spiritum sanctū. Et videtur q̄
non, quia vna est maiestas patris & filii & spiritus sancti.
Sed nullum peccatum dicitur committi in patrem, aut si-
lium, ergo nēc in spiritum sanctū.

2 Secundo Magister dicit, q̄ illi peccant in spiritum
sanctū quibus malitia propter se placet, sed malitia nullā
potest placere secundū se, id est, inquantū malitia, quia nī
hī appetit nisi sub aliqua ratione boni, nullus enim
aspiciens ad malum operatur, ut dicit Dion, ergo nullus
potest peccare in spiritum sanctū.

3 Item si aliquod esset peccatum in spiritum sanctū hoc
videretur maximē de peccato ad mortem, de quo loqui-
tur Ioan. 1. can. cap. 5. quod etiā Magister dicit in litera,
sed illud nō potest esse peccatum in spiritum sanctū ut
probatur ergo nullum. Probatio minoris omne pecca-
tum mortale est peccatum in spiritū sanctū, quia fructū
hiceret specialis mentio de ipso, ergo &c.

4 IN CONTRARIUM est quod dicit dominus
Mat. 12. qui dicit contra spiritum sanctū verbum non re-
mittitur ei: & simile habetur Mar. 3.

5 R E S P O N S I O. Quod si aliquod peccatum in
spiritū sanctū originaliter habet ex preallegatis locis
scripture, Doctores autē posterius de hac materia loquen-
tes ampliarunt eam non modicum diuertentes à primis
intentionē scripture. Et ideo sic procedetur, quia primo
offendetur q̄ sit peccatum in spiritū sanctū secundum
scripturā intentionē & secundum doctorum traditionē,
Secundo offendetur quæ & quot sunt species peccati in
spiritū sanctū.

6 Quantum ad primum sciendum est quod secun-
dum intentionē scripture peccatum in spiritū sanctū
dicitur blasphemia protulā cōtra spiritū sanctū, si sp̄i-
ritus sanctus accipiat pro eo quod est cōmune toti tris
nitati, prout quelibet persona potest dici spiritus & san-
cta vel sanctus, & sic accipitur spiritus, Ioan. 4. vbi dicitur
Deus spiritus est, & sic distinguuntur Mat. 11. & Mar. 3. bla-
phemia in spiritū sanctū cōtra blasphemiam in filium
hominis. Christus enim operabatur quædam humanitus
zōmetendo & bibendo, & alia huiusmodi faciendo, &
quædam diuinis, scilicet dæmones eiiciendo, & alia mā-
racula faciendo per virtutem propriæ diuinitatis. Iudei er-
go dixerunt primo quædam cum blasphemia cōtra filium
hominis, dicentes, vt habetur Mat. 11. Vorax est, & pota-
tor vini, amicus publicanorum & peccatorum. Postmo-
dum autem blasphemauerunt in spiritū sanctū dum
opera que Christus faciebat virtute propriæ diuinitatis
& operatione spiritus sancti attribuebat principi dæmo-
niorum dicentes, In Beelzebul principe dæmoniorū ei-
cit dæmonia. Et hæc blasphemia vocatur ibi peccatum in
spiritū sanctū secundum intentionē scripture quam
sequitur antiqui doctores Athanasius, Hilari. Ambr. Hier-
on. & Chrysost.

7 Secundo accipitur peccatum in spiritū sanctū ab
Aug. pro finali impenitentia, quando scilicet aliquis pers-
seuerat in peccato mortali usq; ad finē, & dicitur peccate-

CC 4 tua